



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

3 Vicarium non potest contra solitum patronus onerare, vt de terris vicariae soluat parochiae primitias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

TITVLVS XXI.

De Parochijs.

SVMARIVM.

1 Parochianus alterius parochie non fit, qui ad tempus ibi habitat.

DECISIO I.

Ex consl. 1. in vtrisque.

Q Vi ad tempus de oppido, vel loco aliquo ad villam alterius parochie, causa recreationis, vel agriculturæ, editiois, vel pestis, aut belli, vel alia simili de causis, primo quoque tempore quo potuerit, reuertens vadit, alterius loci parochianus non efficitur; c. is qui. de sepult. in 6. Habitatio tamen bona fide, & non fraude suscepta in aliquo loco vnde nō potest commodè reuerti ad sumenda sacramenta in loco parochie, vbi domicilium habeat, illius loci parochianus efficitur; Glos. in clem. 1. de privileg. secus tamen si fraudulente in prædic. u. proptiū, vel alterius parochi habitacionem ad tempus mutet, cum fraude, & dolo nemini patrocinari debent. capit. Sedes Apostolicæ. de relic. ipt.

TITVLVS XXII.

De Decimis.

SVMARIVM.

- 1 Decima quoad quotam iuris humani sunt, quoad sustentationem, Diuini.
- 2 Decimis in soluendis seruanda est consuetudo.
- 3 Vicarium non potest contra solitum patronus onerare, vt de terris vicaria soluat parochie primitias.

DECISIO I.

Ex consl. 1. alias 2.

Q Vamuis iure cōmuni Decimas præsertim prædialia soluere oēs teneantur, adeo vt laici licet quoad quotam, & ab obligatiōe soluendi de illo vel illo prædico vsu capere, & præscribere possint, quoad debitam tamen & conuenientem parochorum sustentationem nulla ratione præscribere valent, cum hæc de iure naturali, & Diuino sit ex Nau. in Man. c. 2. n. 28. & 29. Quæ tamen si persolvere recusant, parochus eos auctoritate propria a sacramentis repellere nequit; cum nemo in sua causa ptopria iudex esse debeat. l. extr. ff. quod met. causa.

DECISIO II.

Ex consl. 2. alias 1.

IN soluendis decimis seruanda est consuetudo diuinita; S. Th. 2. 2. q. 87. art. 1. secundum gl. in c. cum conringat. de dec. Con. 1. b. 1. var. resol. c. 17. De consuetudine autem & iure cōmuni decima personalis soluenda est ecclesie parochiali, in cuius parochia domicilium habet is, qui eam debet, propter sacramenta, & Diuina quæ ibi percipit, & audit; ad Apostolicæ. de decim. Domicilium autem ibi esse censetur, vbi quis animo habitat, etiam si causa comitandi Regem vel fugiendi pestem, vel recreationis, belli, aut aliorum negotiorum causa in alio loco maneat aliqua parte anni, imò toto etiam anno, siue animo ibi ponendi domicilij; c. 3. de sepul. in 6. Adeo vt decimæ personales debeantur ecclesie vbi est domicilium, & non illi, vbi propter aliquam causam prædictam accidentale manet; etiam si Missam illi audiat & sacramenta percipiat quia nō percipit ex obligatione, qua ecclesia vbi manet ei ministrare tenetur; sicut ecclesia domicilij, quo etiam pro ipso absente tenetur conferre, & offerre sacrificia, & facere & facit alia Diuina pro parochianis suis presentibus, & absentibus, ob quam ecclesie obligationem ipse etiam ei Decimas personales soluere tenetur, & non alius ecclesie, quæ nō tenetur ei prædicta ministrare, aut pro illo facere, ex S. Th. vbi sup. Decimæ vero prædiales solui debent ecclesie, in cuius parochia situm est præ-

dium, ratione cuius illa debentur. d. cap. Ad Apostolicæ.

DECISIO III.

Ex consl. 3. in Nquis deesi in antiq.

3 C Vm laici nulla sit super rebus ecclesie disponendi facultas; c. Bene quæ. d. 96. & c. Ecclesia S. Mariz. de constit. nec super re spirituali conditio, modus, aut pactum apponi possit absque simonia, sed purè & liberè tradi debet; patronus Vicarium præsentans illum contra consuetudinem aut quam onerare non potest, vt de terris vicariæ annexis (quæ pro sustentatione vicarii sunt) parochie primitias soluat, nec ipse talem conditionem appositam acceptare valet.

TITVLVS XXIII.

De regularibus.

SVMARIVM.

- 1 Iuramentum promissorium firmitus est voto.
- 2 Bullarium plumbatores conuersi Cistercienses dicti, verè religiosi non sunt.
- 3 Regularis translatus siue vt præsit, siue vt subsit, iterum profiteri debet.
- 4 Abbatis perpetua benedictio debet, non sit triennis.
- 5 Monialis occultè, vel publicè corrupta quam benedictione velanda sit.
- 6 Christiani omnes, nisi speciatim prohibeantur, ad religionem apti sunt.
- 7 Descendens ex infidelibus professus, quando eijci valet.
- 8 Professio ob defectum consensus inualida est, & qualis consensus necessarius.
- 9 Professio religionis non exempta in manibus episcopi fieri potest, secus si exempta sit.
- 10 Oblatus plene est, qui se, & sua Monasterio donat in manibus Abbatis.
- 11 Professio coniugati, cuius vxor publice adulterata est, valet.
- 12 Professio ante nouitiatus annum finitum, in non mendicantibus, ante Concilium Trident. valebat.
- 13 Regularis, quando ad reformationem regule tenetur.
- 14 Religio minorum alijs mendicantibus arctior, non tamen Carthusiana strictior.
- 15 Professus censendi, qui vitra annum habitum regularem de manu commendatarij susceptum gestant.
- 16 Professus regulam tertiam sancti Francisci, non est verus religiosus.
- 17 Coniugium, & religio, dispensatione Papæ compatiblea.
- 18 Spolia sunt, quæ solutis debitis beneficiarij, supersunt.
- 19 Beneficiarius tam regularis, quam secularis, licet dum viuuit, superflua in pios vsus erogare possit, de fructibus tamen beneficij testari, nequit, nisi in Curia degens fuerit.
- 20 Tertiaria, volentes profiteri, clausurâ seruare tenentur.
- 21 Regulares ad duriores vitam quam vouerunt, cognequeunt.
- 22 Professio religionis non approbata, & admissa ab eo, qui non poterat, non valet.
- 23 Tertiarij sancti Francisci simul viuentes, verè religiosi sunt.
- 24 Regularis sine prelati licentia, nihil habere, dare possidere, vel accipere potest, cum illa vero sic.
- 25 Monachus ad prelatum se habet, vt seruus ad dominum.
- 26 Milites S. Ioannis verè religiosi sunt, & sub decreto Concilij Trid. sess. 6. c. 3. comprehenduntur.
- 27 Annus probationis in fauorem nouitij, & religionis datur.